Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25955
Copyright: Admont, Benediktinerstift



ut videlicet quasi quibdam claudi districte observationis in
tentione continetur humani cordis. ne propriis iustitiae gloriam
requirat laudis humanae. Et notandum quod dicit percipiat ut ui
gilet. Vebet enim homo quasi dominio propriae potestatis sub dis
ciplinae custodia cohibere uniuersa cordis. ne foras per appetitum
humani fauoris animus exeat. ne is quod exteri uirtute bonae
operum pollere videt. interius gloria fauoralis gratiae delectetur.
Sed quia hac uirtutum altitudine semper erectus per se homo nequaquam
ualet consistere. nec ita curta finis uigilant custodiam. ut bonae
operum merita. manu in euacuent gloria. necesse est ut diuina ei
misericordia subueniat. et ipsa precepto dexterae excelsi opa manuum
ei custodiat. quem adhuc psalmista expostulat dicens. Vnus inquit
custodiat te dns precepto tua super manum dexteram tuam. Per dexteram
bona opa intelliguntur. sicut contra per sinistram prauae quelibet
opatio designatur. Quae numerum opa. nisi a precione custodiantur
diuina. facile uruentur temptationum molestia subuertuntur. et in
aliam partem declinantur. Vnde idem psalmista primus subsecutus
adiungit. Per diem sol non urit te. neque luna per noctem. Solet non nunquam
in sacro eloquio per diem bona opatio designari. per solem uirtutes psprtas.
per noctem aduersitas. per lunam autem bona fama figurari. Et bene
per diem bona opatio. per solem psprtas. per lunam autem bona desig
natur fama. qua sicut luna claritatis nitorem a se ipsa non habet
nisi a solis accipiat radio. sic bona fama. non nisi de bonis opationis
exoritur eminentia. Sed quod est quod sol iste per diem. luna uero uirtute di
cit per noctem. Solis estu uritur: qui tempore psprtatis extollitur.
in nocte uero quasi a luna uritur: qui tempore aduersitatis per im
pacientiam deiicitur. Sol per diem urit. per extollentiam psprtatis.
luna urit per impacientiam aduersitatis. Sed ne ita solis nos ardor
per diem. nec luna urat per noctem. idem ne ita per psprtatem inflati
extollamur. nec tempore aduersitatis per impacientiam deiecti